



Institutiones Canonicæ

Schnorrenberg, Anno

Coloniae, 1740


XXXII. Non licet actori, quod reo licitum non existit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62040](#)

(E) Excommunicatio à Jure uti & ab homine per mandatum generale latra trinam monitionem non requirit, sicut illa, quæ contra particularem ab homine pronuntiatur: *cap. sacro. 48. eit.* & ex hoc capite *Romualdus ad electionem non erat vocandus.* Præterea propter matrimonium contractum, de quo fama, usque dum non contractum probaret, irregularis, ideoque voce activâ & passiva privatus reputari debbat. *Arg. cap. is qui. de sent. excom.*

Quanquam alii hujus Capituli textum solum de irregularitate contracta ex hoc, quod quis in loco pœnæ interdicti supposito celebraverit, quia specie liter odiosa est, intelligere velint.

(F) Nisi *Romualdus* frivole appellasset, Nuntius Apostolicus appellatio ni, si eam factam esse scivisset, deferre debuisset, quantumvis eidem debitè insinuata non fuisset. *Arg. cap. si duobus. 7. de appellat.*



REGULA XXXII.

Non licet Actori, quod reo licitum non existit.

Quæres. Quis hujus Regulæ sensus?

Responsio. Nihil in Judicio ad intentionem suam promovendam permisum est actori, quod non etiam reo ad exceptionem suam fundandam sit permisum. Ratio est: quia favorabiliores rei, quam actoris sunt partes. *Reg. 125.*

*ff. de Reg. Jur. Exemplum habes in cap. prudentiam 2. de mut. petit. ubi quia actor impetraverat literas derogationis contra reum cum clausulâ: *appellacione remotâ*, & ideo etiam reo coram eodem Judice delegato reconvenire conceditur *appellacione remotâ*.*



REGULA XXXIII.

Mutare quis Consilium non potest in alterius detrimentum.

Quæres. Quis hujus Regulæ sensus?

Responsio. Ille explicatus est in *Regula vigesima prima: Quod semel placuit, amplus*

O 3

plus

